

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3987

**Auteur(s) :** Simon, Montfort (comte)

**Bénéficiaire(s) :** Philippe II Auguste, France (roi)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1196, janvier

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Simon, comte de Montfort, se porte caution envers le roi Philippe [II] pour l'exécution du traité fait entre le roi et le comte Robert de Leicester.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 41, p. 10 et p. 278-279.

## Dissertation critique

Janvier 1195 ou 1196, datation proposée par DELISLE, Cartulaire normand, p. 278.

Texte établi d'après a

Ego Simon comes Montifortis (sic), notum facio presentibus et futuris, quod ego obligavi me fidejussorem et totam terram meam domino Philippo, Francorum regi, super quadam conventione que facta est inter regem et karissimum avunculum meum Robertum, comitem Leucestrie, videlicet quod, postquam de captivitate sua liberatus esset, nunquam de cetero regi vel hominibus suis vel terre sue, per se vel per alium, aut alias pro eo, guerram aut malum faceret, nisi forte inter dominum regem Francorum et regem Anglie guerra publice esset. Si vero predictus comes, per se vel per alium, aut alias pro eo, regi vel suis vel terre sue guerram deinceps aut malum faceret, nisi in publica guerra regis Anglie, rex Francorum continuo totam terram meam pro quingentis marcis argenti sine forifacto sessiret, et in ea poneret, si vellet, duos servientes suos, qui ad opus ipsius regis redditus totius terre méé (sic) perciperent usque ad persolutionem illarum quingentiarum marcarum, et ipsi servientes interim de meo viverent, rationabilem facientes expensam. Si vero diceretur domino regi quod prefatus comes, per se aut per alium, vel alias pro eo, regi vel suis vel terre sue malum aliquod aut guerram fecisset, rex significaret illud michi apud Montifortem aut Rupifortem vel ballivo meo ibidem manenti, et, si forte comes infra quadraginta dies a significatione facta michi vel ballivo meo si comes esset citra mare, vel infra sexaginta si esset in Anglia, non veniret in curiam regis in persona propria, facturus inde ad arbitrium curie regis, et ita quod prosequeretur infra eundem terminum quod curia regis foret arbitrata, rex incontinenti totam terram meam sine forifacto posset sessire pro quingentis marcis supra memoratis, et eas inde recipere. Hanc autem conventionem presentis scripti memorie commendavi, et sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Incarnati Verbi M° C° LXXXX° V°, mense januario.